



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Pvgnā Spiritvalis**

**Scupoli, Lorenzo**

**[S.l.], 1599**

**VD16 S 5184**

Cap. XV. De remedijs pro eo, qui ab hostibus superatus, aut læsus est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49116](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49116)



rum & periculorum affert, atque iam iam in te manus suas mittit, vt obruat & perdat; eique viriliter te oppone.

Similiter tempore quieto, cum à nullo hostium tentaris & affligeris, tu ipse prouoca ad certamen hostes tuos; potissimum illos qui tibi præ cæteris molesti sunt, frequentiusque te decipiunt atque turpius coram Deo confundunt.

*Quie-  
to tem-  
pore  
pugna  
susci-  
tanda.*



## CAPVT XV.

*Quid faciendum illi, qui ab hostibus deuictus, grauiterq;  
est laesus.*

Si



**S**Ite contingat ex imbecillitate, alijsque defectibus, adeoque & nequitia, voluntateque mala, in aliquod vitium incidere; protinus conuerte mentem tuam ad Deum: & primùm quidem tuam ipsius vilitatem ad animum reuoca, teque ipsum odio habeas. Dein te recollige, & denuò ad Deum conuersus, ardèti corde confitearis & dic: Domine Deus meus, ecce gessi me qualis sum. Quid n. à me aliud expectandum, quàm sordes, lapsus atque peccata? Doleo, De<sup>9</sup> meus ex toto corde meo. Eheu fateor, quòd multò deterio-



teriora perpetrasset, graui-  
usque lapsus fuisset; nisi me  
manus tuæ immensæ bonita-  
tis singulariter custodiissent:  
pro quo etiam tibi meritò gra-  
tias ago, habeoque quàm ma-  
ximas. Domine Deus meus,  
secundum diuitias miseration-  
um tuarum ne permittas me  
extra gratiam tuam viuere, aut  
sanctissimam tuam Maiestatē  
deinceps offendere.

Hæc ubi corde sincero ef- *Non in*  
fudisti coram Deo, noli solli- *quiren*  
citè cogitare, an tibi Deus pec *dum*  
catum istud dimiserit, nec ne: *an De-*  
quia hæc curiositas sapit fœti- *us no-*  
dam animi superbiam, & gra- *bis pec*  
uem



*cata di-  
-nise-  
-t.* uem diaboli laqueum: reddit  
etiam te inquietum, & tempus  
sine fructu consumit. Ergò pa-  
rè te ipsum proijce in paterna  
brachia clementissimi Domi-  
ni Dei tui: & resume exercita-  
tiones pugnae tuae, ac si nun-  
quam lapsus fuisses.

*Exerci-  
-tatio  
-pecca-  
-toris.* Et licet vno die sæpius laba-  
ris, seu ab hostibus tuis plura  
vulnera accipias: nullatenus  
tamen desperabis; aut pusilla-  
nimis eris, aut tibi metues: sed  
toties repete consueta pugnae  
tuae exercitia sicut fecisti in  
principio; primò, secundò, ter-  
tiò, quartò, & quoties opus  
fuerit.

Hoc



Hoc genus exercitationis vehementer displicet diabolo, quòd sciat illud magnopere placere Deo: & ob id grauius machinatur, vt nos ad illud frequentandum tepidos reddat. Tu verò contrà, hoc maiorem tibi vim facies ad illud frequentandum, quòd videtur esse durius atque molestius: Ideoque nec tædebit te illud in quolibet lapsu, & amissa contra hostem victoria, aliquoties repetere. Et licet post lapsum primum, vel alterum ac tertium in te sentias grauē turbationem, confusionem, diffidentiam; tamen cōtende  
ante



ante omnia vt interiore[m] ani-  
mæ quietem recuperes, teque  
solùm ad Dominum Deum tu-  
um conuertas. Nam turbatio  
animi, ex admiss[o] peccato pro-  
ueniens, non est indicium of-  
fensi à te Domini Dei tui, sed  
damnorum variorum, quæ tu  
tibi metuis.

*Vt pec-  
catori  
quies  
animi  
querẽ-  
da.* Istam autem animi tui quie-  
tem sic ferè comparare pote-  
ris. Facta ad Deum conuersi-  
one & deprecatione peccati;  
deinceps obliuiscere peccati  
tui penitus: & solùm contem-  
plare ineffabilem Dei tui dile-  
ctionem, qua desideret sum-  
mopere, vt te sibi vniat, & æ-  
ter-



terna beatitudine participem reddat. Hac autem contemplatione finita, & corde tuo in pia tranquillitate constituto, iterum verte cogitationes mentis tuæ ad lapsum tuum, & facito quod in huius capituli initio docui: temporeq; confessionis peccatorum (quæ sæpius facienda est) reuolue omnes lapsus atq; defectus tuos, eosque detege ac confitere simpliciter tuo Confessario.



CA-